

ACCADEMIA VIRGILIANA DI MANTOVA

ATTI E MEMORIE

Serie speciale della Classe di Scienze Fisiche
e Tecniche

N. 2



MANTOVA 1977

786
14-8-1995



PUBLA 47
2010306712
imw. 2176

ACCADEMIA VIRGILIANA DI MANTOVA

ATTI E MEMORIE

Serie speciale della Classe di Scienze Fisiche
e Tecniche

N. 2



MANTOVA 1977

GILBERTO CARRA - ATTILIO ZANCA

GLI STATUTI
DEL COLLEGIO DEI MEDICI
DI MANTOVA
DEL 1559

*Alla memoria del Dott. Gianfranco Bonora,
primario medico, tragicamente perito il 14
dicembre 1972, e della Prof.ssa Maria Linda
Bertazzoni in Carra, docente di filosofia,
spentasi improvvisamente il 6 dicembre 1974.*

MN - Collegio dei medici -
Statuti - 1559

P R E F A Z I O N E

Anche a Mantova, come in altre città o unità politiche italiane, la riorganizzazione della professione medica si completa in epoca rinascimentale. Gli « Statuta medicorum Mantuae » del 14 dicembre 1559 non sono, certo, i regolamenti più antichi riguardanti la professione medica a Mantova, ma costituiscono senz'altro un punto di arrivo, una somma di disposizioni che disciplinano la professione dal punto di vista della dignità e la tutelano nei confronti degli abusivi.

Prima di tali « Statuta », l'arte o corporazione dei medici era disciplinata da poche regole sparse senza ordine nei cosiddetti Statuti Bonacolsiani dell'inizio del XIV secolo¹.

Nuove regole ebbero i medici con gli statuti di Mantova riformati da Francesco Gonzaga, IV Capitano². Il 2 luglio 1541 il Priore del Collegio, Ludovico Panizza, si rivolgeva con una supplica (documento n. 1 della nostra « Appendice ») ai tutori di Francesco III Gonzaga, cioè alla madre di lui Margherita e allo zio Cardinale Ercole Gonzaga. Francesco III era salito ancora fanciullo al ducato, succedendo al padre Federico II, morto nel 1540. Con la detta supplica il Panizza chiedeva che fossero concessi alcuni privilegi ai medici di Mantova e alcune modifiche ai loro statuti: si trattava, in altri termini, di alleviare alcune pene pecuniarie previste per i medici e gli speciali, di permettere che l'ammontare di dette multe fosse assegnato al Collegio, di nominare un giudice « particolare » del Collegio per punire quelli che non obbedivano agli Statuti, di concedere qualche immunità ai medici, esonerandoli dall'obbligo di ospitare estranei, di assegnare un compenso a quei medici che, per pubblica utilità, tenevano letture di logica e di filosofia.

La risposta alla supplica venne il 23 dicembre dello stesso anno (documento n. 2; fig. 2) con essa si aderiva a quasi tutto ciò che era stato richiesto. I nuovi statuti, quelli di cui ci stiamo occupando, furono concessi da Guglielmo Gonzaga, III Duca. Gli avvenimenti che li precedettero sono brevemente illustrati nella parte introduttiva agli stessi statuti: oltre alle suddette supplica e concessioni

Al testo latino abbiamo creduto opportuno far seguire la traduzione italiana tenendo presente che il latino medievale differisce non poco dal latino classico; esso infatti, come ci avverte G. Cremaschi nella sua opera « Guida allo studio del latino medievale » (Liviana, Padova, 1959), è continuazione del tardo latino classico profondamente modificato dal latino cristiano.

Le difformità più rilevanti si riscontrano nell'ortografia dove, molto spesso, i dittonghi *ae* ed *oe* cadono o meglio si riducono ad una semplice *e*; nel lessico dove si incontrano frequentemente vocaboli inusitati nel latino classico. Nel testo dei nostri Statuti poi ci si imbatte in una terminologia alle volte scientifica, alle volte giuridica, non sempre di facile interpretazione. E « la varietà lessicale del latino del medioevo si riflette anche nelle forme grammaticali », sovente complicate e contorte.

Lontana da noi tuttavia l'idea di aver data una traduzione perfetta; abbiamo voluto anzi dare una libera versione cercando di interpretare, nel modo migliore, il testo senza esserne schiavi. Ci siamo adoperati sopra tutto di essere chiari e speriamo di aver raggiunto lo scopo.

Alle rubriche tradotte abbiamo aggiunto un commento, basandoci, per i raffronti, sui lavori riguardanti specialmente gli statuti dei medici di Milano e di altre città della Lombardia e dell'Italia settentrionale.

Desideriamo far presente che i termini di priore, prefetto, presidente e preside sono sinonimi come quelli di collegio ed ordine; i termini corrispondenti latini sono stati usati indifferentemente nel testo degli statuti oggetto di questo studio.

MEDICORUM COLLEGIUM
APPROBATIO ORDINUM ET STATUTORUM

Gulielmus, Dux Mantuae, Marchio Montisferrati, etcetera. Nihil unquam Illustrissimis Praedecessoribus nostris Mantuae Principibus aut nobis fuit antiquius quam ut haec Civitas optimo sub coelo posita rerum omnium copia affluens, cui tuendae et ipsi praepositi fuerant et Nos Dei optimi Maximi munere praesumus ita regatur et gubernetur ut omnia, summa prudentia optimoque consilio excogitata, ordinata atque perfecta cognoscantur, atque ideo Illustrissimus et Excellentissimus numquam delendae memoriae Dominus Federicus, Dux Mantuae, Genitor noster colendissimus, cum eandem civitatem magnificis aedificis et viarum ornamentis augustiorem reddidisset monumentis propugnaculisque tutiorem ac securiorem efficisset, operamque dedisset praecipuam ut dignis ordinibus prudentibusque ac iustis Magistratibus, optimis moribus institutis ac legibus cuncta ita moderarentur ut tam cives quam municipes summo perfruentes otio, bene ac beate vivere possent satique putaret et per Antecessores suos et per se, coeteris rebus esse prospectum, ad unum animum applicuit cui summa prudentia, maximo studio atque exquisita diligentia prospiciendum esse cognoverat, sicut enim id maxime est in civitate providendum in quo civium valetudo, salus et vita nititur, ita id est maxime evitandum quod morbos, perniciem et mortem importat; in pacata vero et tranquilla Civitate quid magis valetudinem, salutem et vitam tuetur, quid magis morbos, perniciem et mortem inducit quam medicus et medicamenta saepe enim fit ut a quibus salutem petimus, trudamur ad Orcum et ab his mors afferatur a quibus valetudinem poscimus et speramus; id vero accidit ob peccandi impunitatem eorumque licentiam et audaciam qui quaestus illecebra inducti in familias se medici specie insinuant. Non parum etiam officit eorum qui medicamenta componunt perversitas et incuria quibus fit ut interdum pro medicinis venena ministrentur.

Quorum hominum tanta erat confusio ita omnibus ad vitam civium, sive defendendam sive expugnandam aditus patebat, ut

Reverendissimum et Illustrissimos Tutores facta multa ex dictis Statutis cum eorundem Senatorum consensu declarata et interpretata fuerunt.

Nuper vero putantes dicti excellentes medici multa ex ordinibus et statutis praedictis prout usus ostendit emendatione egere nec tot diversae emendationes, additiones interpretationesque separatim legere oporteat.

Cupientes etiam eadem statuta faciliiori ordine reponi operae precium se facturos putaverunt, si statuta omnia novum in ordinem redigentes additiones, interpretationes et correctiones in ipsorum capitum corpore conpraehendentes novum institutorum librum cumeiusdem Senatus interventu et consensu conficerent. Atque ita re cum senatoribus nostris participata novum statutorum volumen confici fecerunt a Nobisque supplices petierunt ut quoniam ipsorum pleraque in prioribus ordinibus ipsius Collegii erectionem et dignitatem ac contra supra exposita mala, provisionem ipsorum vero medicorum officium concernentibus et per praefatos Illustrissimum Genitorem nostrum Reverendissimum et Illustrissimos Dominos Tutores Illustrissimi Fratris nostri concessis continebantur. Etsi in aliquo haec instituta ab illis discrepant id fuit, ut magis congruum et conveniens per ipsorum medicorum ordinem appositum et per Senatum singulis mature discussis et consideratis, laudatum haec nunc proposita et ordinata statuta in forma infrascripta cum privilegiis, facultatibus, prohibitionibus, poenis, mulctis et concessionibus in illis compraeheensis approbare et de potestatis nostrae plenitudine confirmare dignaremur. Nos vero non minus quam Pater aut Frater aut eius Reverendissimus et Illustrissimi Tutores amplo illi Ordini favere eiusque dignitatem conservare civium vero et incolarum Civitatis et Domini nostri securitati, valetudini atque adeo vitae consulere cupientes.

Tenore praesentis decreti, vigore nostri arbitrii et absolutae potestatis quibus publice fungimur hac in nostra civitate Mantuae eiusque universo Dominio, Ducatu et districtu, ex certa quoque nostri scientia et animo bene deliberato, ordines et statuta infrascripta, prout infra descripta erunt, approbamus, confirmamus et eidem Medicorum Collegio concedimus. Illaque, ut a

norem haberi volumus ut a muneribus et oneribus ipsius Collegii exempti sint et immunes nec ad ea subeunda nisi quantum eis libuerit cogi possint. Eos tamen hortamur ut in iis quae ad Collegii honorem attinent, pro eorum viribus non deficiant.

4) DE LOCO UBI COLLEGIUM CONVOCARI ET CONVENIRE DEBEAT

Ut Ordini certus sit locus in quo vocari et ubi convenire debeat pro his quae ad Collegium attinent peragendis, templum aliquod in quo raro multitudo conveniat atque ideo a turba remotum eligatur, cuius edituo quotannis Prior, ex aere Collegii, duo cerea, aequae ponderis unius, largiatur.

5) DE HIS QUI AD COLLEGIUM ADMITTI POSSINT

Neminem in Collegium et Ordinem praedictum in futurum admitti et cooptari volumus nisi qui, aut origine aut continua decennii in Civitate habitatione, civitatis ius fuerit adeptus quive publici alicuius Gymnasii diplomate rite et ordine signato se medicinae doctorem creatum et pro tali idoneum probatum fuisse ostenderit aut si solum philosophi sint, se pro talibus in publico Gymnasio eodem modo probatos fuisse docuerint. Quos tamen philosophos, honoris tantum causa, in Collegium admitti posse volumus; non tamen Prioris aut quovis alterius medici officio fungi posse permittimus. Quod si forte medicum aliquem sive municipem subditum nostrum sive externum, magnis aliis quibus ex causis hoc honoris gradu honestare voluerimus, patere quidem aditum illi, nostro praecedente decreto ad hunc ordinem volumus.

Non tamen prius in Collegium cooptari quam nummis seu scutis aureis centum realiter universo Ordini solutis et deinde ipsorum medicorum examini in modum infrascriptum suppositus iustis eorundem suffragiis pro idoneo fuerit approbatus. Quod si periculo facto eo loco indignus repertus fuerit, Prior ipse cum duobus senioribus quibus ex causis admissus non fuerit Nobis exponat et ita posthac ei aditus ad Collegium praecludatur. Si vero admittatur, scribae aureum scutum, apparitori eius dimi-

tamen disputabit. Qua disputatione ad ipsius Praesidis nutum finita, petitor ipse paulisper secedat. Ipsi vero conscripti, secretis suffragiis, admittendum ne putent declarabunt. Et si duae ex tribus partibus eorum qui convenerint, ipsum ut idoneum admittendum declaraverint, in Collegium ascitus intelligatur et sit si tamen prius in manibus Prioris, tactis scripturis, iuramentum praestiterit quod supra per omnes cooptatos praestari debere decrevimus et praeterea nihil quod in ipso ordine secreto fieri contingerit aut consultari fons delaturum nisi quod absit vel Nobis vel legibus nostris repugnet.

Quo iuramento praestito, conscripti omnes collegam salutabunt et amplexabuntur ex more; ipseque suo loco in ordine sedebit et per scribam in conscriptorum catalogo suo loco ponetur. Excipimus ex hac forma cives, sive medici sive philosophi sint, qui medicinam aut philosophiam ordinariam in publicis Gymnasiis per decem continuos annos professi publice docuerint et ex iustis forte causis ad Collegium adire distulerint. Quos, si cooptari in Ordinem petant, nullo facto periculo et nullo sumptu admitti volumus, gratiis tantum actis in ipsa admissione universis et hunc a Praeside laudatum in catalogo describi mandamus, non quidem eo loco qui ei secundum tempus admissionis deberetur sed eius quo doctoratus insignia suscepisse ex eius privilegio in publico Gymnasio obtento estendetur.

7) QUIBUS PRIVILEGIIS COOPTATI POTIANTUR

Ut vero omnes intelligant quibus studiis quove favore hunc Ordinem complectamur et multis ad haec medicinae studia provocentur et invitentur omnes et singulos in Collegio conscriptos, infrascriptis privilegiis frui atque haec in Civitate commoda perpetuo sentire volumus:

Si inter aliquos eius Ordinis lites abortae fuerint, iudicibus ad quos spectabit mandamus ut eorum causas ex aequo et bono, cavillationibus et captionibus reiectis, summatim cognoscant et terminet quam breviori tempore poterunt; quod si forte per unam ex partibus Senatori qui ut infra iudex fuerit, causa offeratur, ipsum quoque volumus quam brevissime causam cogno-

Et si quando eorum aliquis ad curam alicuius vocetur, quem alius prius curaverit, de alio non obloquatur nec eius detrahat honori sed, cum omni modestia, de eo loquatur.

Si quis eiusdem Ordinis in malam inciderit valetudinem, Praefectus duos eligat ex peritioribus et quos aegrotus maxime voluerit, qui si accersiti fuerint illius curationi gratis incumbant; quod si recusaverint duorum aureorum scutorum poenam ipso iure incurrant.

Si cuiusquam ex collegis funus erit efferendum, Prior a propinquis admonitus ordinem ad cohonestandum exequias schedulis iubeat convenire. Quattuor autem in ordine postremi, qui interesse poterunt funus ad sepulturam, bini a dextris et bini a sinistris prosequantur et comitentur. Quod si alicuius ex collegis filius, frater aut forte uxor decesserit ordinem si ab ipso petatur hortamur ut benigne intersit et hominem consoletur.

Et ut invicem ipsi collegae ab iniuriis absterneat statuimus ut si quis ex ipso Ordine collegae iniuriam fecerit, ultra eam iniuriam poenam quae a legibus et iure nostro municipali, iniuriam inferenti imponitur, in decem scutis auri condemnetur.

9) DE PROCESSIONE AD SACROSANCTUM DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI SANGUINEM

Quoniam vetustissimo Maiorum Nostrorum instituto et more quotannis eum diem summo cultu summaque religione celebrari volumus quo Dominus Noster Jesus Christus in coelum ascendit, ac Illius sacrosanctus sanguis, quo humanas noxias expiavit, ex abditis in altum prolatus populis sacerdote signo Sanctae Crucis benedicente monstratur.

Quo certe munere atque praesidio licet coeteris multis fortasse rebus haec Civitas nonnullis aliis cedat omnium gentium opes et Omnia Regna Mantuae Civitatem superare putemus.

Enim igitur diem cum maxima velimus sanctitate et solemnibus ceremoniis honestari statuimus et ordinamus ut, eo die, univ ersus Medicorum Ordo, primum in ecclesia Sancti Petri conveniat, deinde secundum Iureconsultorum Collegium Ordinem ad Divi Andreae templum accedat atque in vestibulo Prior ce-

et quidquid communiter consulendum, tractandum, agendum aut providendum fuerit, proponat quive Collegii honoris et commodi et ut ordines servantur, curam praecipuam habeat; fuit per praefatum Illustrissimum Genitorem nostrum, in ipsa Collegii erectione, ordinatum ut illum Senatus Priorem declararet, qui esset tunc aetate provecior, qui eo magistratu ab ea die usque ad calendas Janaurias sequentis anni ac deinceps per annum magistratum gereret, quo circumacto anno eum in illo magistratu per annum succedere voluit, qui ei proximus in catalogo cooptatorum esset descriptus et ita successive quolibet anno is praeficeretur, qui illi qui magistratu functus esset proximus in catalogo descriptus fuisset. Quae Nos confirmantes decernimus ut ipsius Collegio Praefecti, quem ex more Priorem etiam appellant, magistratus annuus sit et is magistratu functo, in alium annum succedat, qui in ordine catalogi illi fuerit proximus, et ita quolibet anno eum qui sit Praefectus declarari volumus. Qui si forte magistratum gerere non potuerit, ex Collegii consensu, Nostra accedente auctoritate, eum substituat Vicarium qui sibi fuerit in Catalogo proximus. Quem etiam, postquam alterius vices gesserit, suum annum magistratum gerere posse et debere declaramus, id quod etiam locum habere volumus in illis qui in demortui locum successerint, nam et ipsos volumus defuncti anno expleto, suum quoque annum gerere magistratum.

Teneatur autem qui Praefectus aut Prior fuerit vel forte ut supra substitutus Vicarius, singulo anno ineunte Januario ante eiusdem mensis nonas, sub poena scuti unius ipso iure et facto incurrenda, per bidellum seu apparitorem, schedulis scribae manu confectis, singulos Collegii medicos qui tunc erunt in Civitate, convocari facere ut certa die atque hora in loco ad hoc deputato convenire debeant.

Ubi autem cooptati frequentes convenerint, Prior successori magistratum successori magistratum remittat et tradat. Quod is Praefectus sive, in suo loco, Vicarius forte necessario abfuerit, aegrotarit, mortuus fuerit aut adesse non potuerit, idque manifestum sit is qui legitime secundum superscriptum ordinem succedere debet, superscripta quae per Priorem aut Vicarium fieri mandamus efficiat, quae si ante diem tertio idus Januarii non

rint, soldorum viginti, nisi tamen aliquo casu in praesentibus statutis apposito excusentur, vel ex aliqua rationabili causa per ipsum Priorem et Seniores approbanda obedire non potuerint.

13) DE IURISDICTIONE IPSIUS PRIORIS SIVE PRAEFECTI

Sit autem Prior ipse sive Praefectus, causarum eorum qui contra haec instituta commiserint, cognitor et iudex. Ipsiusque sit iurisdictio, si quis his Statutis contrafaciendo poenam ipso iure incurrerit declarandi poenam incursam fuisse aut mulctam. Si vero mulcta vel condemnatio requiritur mulctandi et condemnandi et haec omnia summarie et sine aliqua iudicii figura.

Quod si quis a Praefecto praedicto se iniuste condemnatum aut poenam incidisse declaratum fuisse quaeratur, is ad Senatorem illum adeat qui eo anno ipsius erit Collegii Iudex, iuxta ordinem ut infra datum, apud quem reclamans, quaerelans seu provocans quaerelae, reclamationis et provocationis, causam infra quindecim dies iustificet; ipse vero Senator, sola facti veritate inspecta, et summarie procedens et infra alios octo dies causam expediat, alias Prioris sententia firma remaneat; et qui quaerelam, reclamationem aut provocationem induxerit, si vel infra dictum tempus non iustificaverit causam, vel, ut Senator infra tempus statutum causam expediat, non curaverit, vel si per ipsum Senatorem male quaerelatum, provocatum aut reclamatum fuisse, pronuntiatum fuerit, ad omnes utriusque instantiae expensas teneatur, nisi a quibus per ipsum Senatorem esset expresse absolutus.

Possit tum ipse Praefectus iis qui prima vice semel tantum in aliquo contra haec Statuta fecissent, poenam remittere ipsumque pro ea tantum una vice absolvere. Quod si Prior ipse aliquid contra nostra haec instituta commiserit, quilibet de Collegio, illum coram successore accusare possit qui causam contra illum cognoscat, et declaret aut condemnet. Quod si non faciat accusator apud Senatorem illius anni iudicem, ambos vocare possit; is vero causam summarie breviterque expediat.

Ad ipsum praeterea Praefectum seu Priorem pertineat si quid per Collegium agendum, consultandum aut providendum

ipse cum duobus Senioribus, integrum aliquem et probatum virum publicum Mantuae tabellionem eligat, qui dicti Ordinis notarius et scribe nuncupetur et sit. Eique merces quam Praefectus cum duobus senioribus statuerit, ex Collegii aerario persolvatur.

Teneatur autem Prior quotannis infra octavam diem postquam magistratum inierit, cum duorum seniorum consilio, aut ipsum scribam confirmare aut alium eligere.

Infra annum autem, si causa aliqua affuerit, quae ipsi Priori et quattuor senioribus iusta videatur, possit scribe ipse per ipsum Priorem cum dictorum quattuor seniorum consilio cassari et ab officio removeri, alio ad id officium deputato.

16) DE APPARITORE SEU, UT VULGO DICITUR, BIDELLO COLLEGII

Ne desit qui Collegii locum curet expurgandum, sedes suo tempore cooptatis ponat, ipsos Collegiatis convocet, schedulas et ubi opus fuerit, praecepta ac mandata deferat, Praefectus ipse unum aliquem quem ad hoc idoneum putaverit, eligat, qui se, quae opportuna fuerint facturum polliceatur; iuretque in manibus Domini Prioris se fideliter mandata, praecepta et schedulas perlaturum et relaturum a se gesta. De qua electione, promissione et iureiurando scribe ipse rogatus sit et singulo anno qui Prioris magistratum gesserit, postquam officium suscepit, infra octavam diem, cum duorum seniorum consilio, aut eundem confirmet aut alium eligat. Huic etiam merces ex Collegii aere conventa solvatur, et eius relationibus fides adhibetur.

17) DE MEDICO QUI SCRIBAM ET APPARITOREM EORUMQUE FAMILIAS CURARE DEBEAT

Ut autem scribe et apparitor commodius et promptius Ordini inservire possint, Prior post ipsorum scribae et apparitoris electionem, unum ex ipsis cooptatis medicis eligat, duorum seniorum consilio adhibito, qui eorum utrumque ac utriusque familias recte ac fideliter, quantum poterit vocatus curet, eorum domus frequentet nisi forte pestis contagione laborarent. Qui electus medicus, si parere neglexerit, triginta soldorum mulctam



tuerit pro communi aliquo ipsius Collegii usu, aut opportuna impensa occurrenti impendendas. Quoniam in eius modi usibus eas impendi voluerunt, non vero in particulare ipsorum Medicorum commodum converti. Quae et Nos confirmantes volumus, per ipsum Massarolum, eas quae ex poenis et mulctis iuxta haec nostra Statuta exigentur, pecunias ad commodum Collegii cum opus fuerit Prioris mandato, scribae manu perscripto, et a Senatore eius anni Conservatore signato, erogari debere.

20) DE HIS QUI IN CIVITATE MEDICINAM EXERCERE POSSUNT

Nemo in hac nostra Civitate medicinam exerceat, medicamenta antidotave paranda praescribat aut sumenda proponat nisi in Collegio medicorum descriptus fuerit, aut a Nobis sive a Collegio, sibi fuerit privilegio concessum. Liceat autem cuicumque phisico aut chirurgico rationali vel empirico, si etiam ex eorum numero sit, qui calculos ex vescica extrahat, si a Nobis aut cive nostro, aliquo nostro, aut ipsius civis sumptu, ad aliquem affectum curandum fuerit accersitus, ut, vel solus vel cum urbanis medicis, illum ipsum affectum, pro quo accersitus fuerit, curare possit, coeteros vero affectos, si deinde a concivibus aliis dum in Civitate commorabitur vocatus rogatusque fuerit, nequaquam nisi habita Prioris Collegii licentia, quae petitis negari non debeat, et si negata fuerit, ad Nos vel ad Senatores nostros recursus haberi possit. Si quis autem praeterea contra atque instituimus et decernimus facere deprehensus fuerit, quotiens contrafecerit totiens decem aureis scutis mulctatus et condemnatus ipso iure intelligatur et sit.

Nullus autem ex cooptatis et conscriptis audeat cum aliquo, cui in Urbe ut supra medicari non liceat ad cuiusquam curationem accedere aut talem ut socium curationis admittere sub poena aurei scuti ipso iure incurrenda.

21) DE JUDEO PHISICO

Si Judeus aliquis, nostra concessione, Mantuanus civis fuerit, medicusque phisicus, et a Nobis petierit ut ipsum Ordini

aliquis sit ex pluribus constitutus, ut monachorum sive cucul-latorum et virginum, coenobia, hospitalia, magistratus familiam habentes, Curia nostra, patresque familias, cum quibus pro uni-versitate vel familia curanda, liceat pacisci; cum coeteris vero, si quis ex Collegio pactus fuerit, aureo scuto, et ulterius tanta pecunia quantam pactionem deduxerit, condemnetur.

Mercedem autem Phisico in Civitate diligenter curanti et quolibet die aegrotum visenti, etiam bis ubi ita res exegerit, in quo ipsorum conscientiam oneramus, frequentanti quolibet sep-timo die, scuti unius auri solaris esse volumus. Si vero ab urbe longius tribus millibus passuum excesserit, nisi aliter pactus, ut supra, eo casu concessum est, fuerit, unius auri scuti quotidie sit eius merces, diebus etiam itineris numeratis.

Quod autem dictum est de Phisicis extra tria millia pas-suum ab Urbe curantibus, de his intellegimus, qui ex ipsa Urbe evocati ad agrorum habitationem ultra tria millia passuum acces-serint. Non autem si quis medicus ruri fortasse esset, licet extra tertium lapidem et ad villam aliquam aegroti accederet intra tria millia passuum a loco ubi Medicus ipse reperiabatur, in qui-bus id servari volumus quod in Medicis ex Urbe infra tertium lapidem accedentibus, servari volumus; quibus ob laboris aug-mentum et quia aestui et ventis et imbribus se magis exponunt quam intra muros Urbis et burgorum mercedem eam quae in Urbe curantibus taxata est, volumus duplicari. Quod etiam in Chirurgis servari volumus et mandamus.

23) DE CONSULTATIONE IN ALICUIUS AEGRITUDINE A COLLEGIO PETITA

Si quis gravi forte morbo laborans, universi Collegii con-silium petierit, Prior sive Praefectus cooptatos, ut mos est, iu-beat convenire qui commode adesse poterunt, adsint; quibus ordine sedentibus, Prior morbum, qui consilium petens vexatur exponat, acciti qui aderunt, diligenter et accurate disputent qua morbus ille ratione sit curandus; et si res studium requirere vi-debitur, re in alium diem dilata, studio adhibito iterum inter se eius morbi curam disceptent. Quae autem conclusa fuerint per

externus, non idoneus aut indignus repertus fuerit, honestissima excusatione reiciatur. Qui vero non ita admissus, contra haec nostra Instituta curare aegrotos medicina ausus fuerit quinque aureis scutis, si peregrinus decem, mulctatus ipso iure singula vice intelligatur et sit.

25) QUOD MEDICI SE IPSOS NON CURENT

Quoniam valde periculosum ducimus gravi aegritudine laborantem se ipsum curare, statuimus ne medicus ullus morbo aliquo afflictatus se ipsum curet aut sibi medicinam instituat; sed alium adhibeat medicum qui eum curet.

26) DE CHIRURGIS SCIENTIFICIS SEU RATIONALIBUS

Quoniam non Phisici solum corporibus hominum sanandis incumbunt sed etiam suas dare leges suaque instituta ordinare volumus. Et quia ex his qui chirurgiam profitentur aliqui scientifici seu rationabiles sunt, qui et latine sciunt et ei facultati operam dederunt, vel in Gymnasio publico, vel hic Mantuae aliqui, qui solum usu et peritia applicandorum medicamentorum polent, quos empiricos vocamus, statuimus et ordinamus quod is qui ut rationalis ad chirurgiam exercendam admitti voluerit, convocato Collegio Phisicorum et aliis qui affuerint rationalibus Chirurgis, Priori aureum, Phisicis singulis assidentibus soldos decem, scribae soldos septem cum dimidio et quinque apparitori numeret, clausolasque ex ea Avicennae parte in qua de eiusmodi disserit sibi a Priore propositas exponat, ad eaque erudite respondeat, de quibus ad eam artem pertinentibus fuerit interrogatus.

Quibus peractis, si iustis suffragiis fuerit, et dignus et idoneus approbatus iuraveritque se diligenter atque fideliter ea facultate usurum statutaque haec nostra pro posse servaturum, eius nomen in chirurgorum rationabilium catalogo describatur eique privilegium legitime confectum et signatum per scribam tradatur. Quod si quis in publicis Gymnasiis frequentibus auditoribus aliquot annis Chirurgiam legerit aut si quis a nobis ce-

describi volumus ut etiam in Phisicis supra diximus.

Si quis vero non admissus et, ut supra, descriptus talem chirurgices(sic) artem exercere ausus fuerit totiens quotiens exercuerit, si Christianus fuerit quinque aureis, si Judeus decem condemnnetur.

Nullus autem Chirurgus, nisi Phisicus etiam fuerit, sine phisici consilio et consensu medicamenta ad phisicum pertinentia ordinet et instituat nec sanguinem mittat aut mittendum instituat; qui secus fecerit soldorum viginti poenam ipso iure incurrat.

29) DE MERCEDE CHIRURGORUM

Chirurgo rationabili diligenter curanti et aegrotum quotidie etiam bis ubi opportunum duxerit, visenti septimo quoque die aurei scuti dimidium solvatur. Quod si concedente Collegio, phisici etiam munere fungatur quantum et phisico et chirurgo mercedis statutum est tantum ipsi solvatur. Si chirurgus longius tribus passum millibus evocatus Urbe excesserit, aut si illum noctes atque dies domi assistere quis voluerit tantum quotidie quantum septimo quoque die institutum mercedis fuerit sibi debeatur. Pacisci quoque eidem liceat his casibus quibus phisicis urbanis licere supra declaravimus. Et etiam si morbus fuerit visus longior ultra quindecim dies. Quo tamen casu cum Praefecti praesentia et consensu pactiones fiant. Qui Prior secundum aegritudinem et illam patientis qualitatem et ipsius chirurgi peritia, sive rationabilis sit sive empiricus, ipsos (ut sibi aequum videbitur) componere nitatur. Empirico vero chirurgico, omni casu, dimidium eius quod chirurgo rationali statutum est, pro mercede solvatur. Et eisdem casibus pactiones facere possint quibus rationales chirurgos illas facere posse declaravimus.

30) DE ANATOMIA QUOTANNIS FACIENDA

Anatomiae cognitionem non parum chirurgis atque phisicis prodesse putamus; propterea medicos hortamur ut quotannis a magistratibus nostris insigni aliquo scelere damnati cadaver pe-

stro Mantuae, medicinalem tabernam aperire aut habere neve pertinentia ad medicamenta venditare audeat nisi qui vel iam ante admissus fuerit vel deinceps soldis viginti parvorum Priori numeratis, singulis senioribus qui affuerint quindecim, scribae decem, apparitori quinque, per eundem Collegii Medicorum Praefectum, adhibitis duobus ad minus senioribus, interrogatus et diligenti cum eo habito sermone super his quae ad seplasiarium pertinens eorundem consilio dignus cui tanti ponderis res committatur fuerit iudicatus; et in ipsius Prioris manibus iusiurandum solemniter praestiterit se quantum per ipsum fieri poterit suo munere diligenter esse functurum, instituta haec nostra servaturum summa fide et diligentia curaturum ut, eo modo et non aliter, medicamenta conficiantur qui de antidotis traditus illis fuit praesertim ab Universo Collegio. Ea vero quae singuli medici praescripserint non adulteraturum medicamenta per se ipsum, non per ministros nisi et illi facto periculo per Praefectum cum per eorundem seniorum consilio fuerint ad id admissi confecturum aut ministro conficienti se affuturum singulaque inspecturum et praecepturum. Quod etiam iuramentum in manibus eiusdem Domini Prioris, seplasarii iam approbati post haec aedita Statuta, semel praestare teneantur ubi requisiti fuerint sub poena scutorum decem; et si pertinaces fuerint privationis ab exercitio seplasarii. Quod iusiurandum semel praestitum, deinde pro toto futuro tempore sufficere volumus, nec ulterius in novi Prioris manibus renovari oportere decernimus. Qui vero municipiis, oppidis vicisque nostris seplasiarios se profitentur et admissi iam insiurandum praestiterunt, his tamen ordinibus aeditis, si requisiti ad Civitatem iuraturi venire noluerint, idem iuramentum semel in manibus Potestatis, Commissarii vel Vicarii eius loci in quo exercitium profitentur praestare sub eadem poena teneantur, et illis locis Notarius de eo rogetur. Idque seplasiarius ipse, sua impensa, in publicam formam ad Priorem Collegii iuret transmittendum.

Habeant autem singuli seplasarii, Joannem Mesuen, Dioscoridem et coeteros authores in ea facultate probatiores, sed praecipue volumen accuratissime ad universa medicorum corona confectum de antidotis separatim administrandis.

tionem, non prosint vel forte sumentibus noceant; statuimus et ordinamus ut quolibet anno, Priore proponente, per Collegium duo ex cooptatorum medicorum numero eligantur, quibus alii duo ex cooptatis qui postremi fuerint additi intelligantur, simulque duo ex seplasiariis admissis eligantur, qui omnes seplasiariorum tabernas invisere, hoc modo, debeant: ut bipartitis aequae tabernis, ipsi quoque bipartiti terni, bis in anno saltem singulas medicinalium tabernas revisant et perscrutentur, cognoscantque an ipsis aliquid vetustate aliave de causa vitiatum reperiatur. Et si quid tale reperint, prima quidem vice extra tabernam id conculcandum proiciant, secunda vero et ulterioribus vicibus, eodem quidem modo eiciant et insuper ipsum seplasarium in poenam aureorum quattuor condemnent. Quam tamen poenam ipsos seplasiarios incurrere nolumus si id quod vitiatum est integris et bonis unitum sit et adherens ita ut divelli et separari non expediat, nisi quando medicinae componendae datur occasio nec si qua sint quorum vitium non extrinsecus sed in interiore tantum parte cognosci possit et si qua sint quae forte citius exoluerint quam cuicumque diligenti magistro officinae huiusmodi possit ascribi. Sed eam tunc poenam seplasiarios incurrere volumus, si electi praedicti aliqua corrupta aut vetustate virtutibus causa vel ob aliam quamcumque causam non bona, tam simplicia quam composita, quae humano corpori nocere possent, repererint.

Ea enim seplasiarius ipse, iuxta id quod iureirando promisit, ne eis in humanis corporibus medendis uti neve in morbo laborantium perniciem facere possint, abicere teneantur sub poenis memoratis. Quod si seplasiarius, electos ad visendum et perquirendum in sua taberna admittere noluerit, decem aureorum scutorum poenam, ipso iure et facto, incurrat. Et nihilominus per Senatorem eo anno Collegii Iudicem, instante Priore, aut aliquo ex electis per ministros et lictores, iuris remediis, ad parendum cogatur.

Quod si municipium aliquod aut oppidum aut vicus aliquis ubi seplasiarii taberna sit, ab electis petierit ut ipsorum quoque tabernas invisant, ipsi electi aut duo a senioribus suffecti poscentium sumptu illuc accedant (ut supra dictum est) perqui-

vitatis ornamento, civium securitati et valetudini.

Ipsorum vero Medicorum decori ac dignitati quantum Medicorum Ordo cogitatione, Senatus ipse consilio, Nos, prudentia ac diligenti consideratione assequi potuimus, expurgatis sordibus, malis eiectis, bonis privilegiis prosequutis, optimis praeceptis, pluribus prohibitis, satis consultum esse putamus; quia tamen non ignoramus tempora et rerum usum, multa ostendere solere quae non statim a principio videri potuerint. Et non esse propterea inconveniens, ut, secundum tempora, statuta varientur humana, eidem Medicorum Ordini et Collegio, eisdem potestate, auctoritate et consensu facultatem concedimus ut, si quid ex usu, cognita occasione, nostris his institutis addendum vel in eis moderandum cognoverint per Priorem, cum consilio quattuor Seniorum convocatus ordo, si id sibi faciendum visum fuerit cum interventu et consensu Senatus nostri, pro tempore, existentis facere possit. Quod vero ita additum moderatum, emendatumve fuerit apud Senatum descriptum et ad Cancellariam nostram delatum et registratum deinceps, ac si per nos id actum fuisset servetur.

Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus, omnibus enim et quibuscumque quae obstarent, in quantum obstarent aut quovis modo obstare possent de praefata nostri scientia et de plenitudine potestatis antedictae derogamus et omnino derogatum esse volumus et mandamus; etiam si talia forent de quibus hic mentio specialis habenda esset vel fieri debuisset.

In quorum fidem et robur praesens nostrum decretum fieri ac registrari iussimus nostrique maioris sigilli appensione muniri.

Datum Mantuae die XIII decembris M.D.LIX.

Nicolaus Guarinus Secretarius, Mandante Illustrissimo Domino, Relatione Magnifici Domini Francisci Tosabetii ducalis secretarii subscripsit.

Nazarius Scopulus Consiliarius et Auditor; Joannes Paulus Medices.

Tosabetius.

TRADUZIONE E COMMENTO

RUBRICHE DEGLI STATUTI

- Rubrica n. 1 — Perchè il Collegio dei medici esista in continuità.
- Rubrica n. 2 — Del giuramento dei Collegiati.
- Rubrica n. 3 — Delle esenzioni dei sessantenni.
- Rubrica n. 4 — Del luogo dove il Collegio deve essere convocato e deve riunirsi.
- Rubrica n. 5 — Di coloro che possono essere ammessi al Collegio.
- Rubrica n. 6 — Del modo e delle norme per ammettere od associare al Collegio.
- Rubrica n. 7 — Quali privilegi possono ottenere i Collegiati.
- Rubrica n. 8 — Dei servizi da prestare dagli stessi colleghi e delle cortesie da scambiarsi fra di loro.
- Rubrica n. 9 — Intorno alla processione del Sacro Sangue del Nostro Signore Gesù Cristo.
- Rubrica n. 10 — Intorno alla processione del Santissimo Corpo di Nostro Signore Gesù Cristo.
- Rubrica n. 11 — Intorno alle dissertazioni.
- Rubrica n. 12 — Intorno all'elezione del Priore o Prefetto e del suo ufficio.
- Rubrica n. 13 — Intorno alla giurisdizione del Priore o Prefetto.
- Rubrica n. 14 — Delle consegne da farsi dal Priore, finito il suo mandato.
- Rubrica n. 15 — Del Notaio del Collegio.
- Rubrica n. 16 — Intorno al subalterno o, come comunemente si dice, bidello del Collegio.
- Rubrica n. 17 — Intorno al medico che dovrà curare il Notaio, il bidello e le loro famiglie.
- Rubrica n. 18 — Intorno al Senatore, Giudice e patrocinatoro annuale del Collegio.
- Rubrica n. 19 — Intorno alle pene pecuniarie e alle multe da esigersi dal Tesoriere della Massarola e da custodirsi nell'interesse dell'Ordine dei medici.

tanto nella successione del Priorato quanto nelle sedute, come nel Collegio, nelle processioni e negli altri atti pubblici dell'Ordine ».

Il Catalogo o ruolo o matricola del Collegio dei medici di Mantova (1539-1783) costituisce il documento n. 3 della nostra « Appendice ».

Rubrica n. 2) *Del giuramento dei Collegiati.*

« Giureranno pertanto i singoli associati del suddetto Collegio nella prima convocazione che si farà dopo la pubblicazione dei presenti Statuti, nelle mani del Priore o Prefetto toccando le sacre scritture; giureranno di osservare fedelmente la dignità e l'onore del Nostro Stato, per quanto sta in loro; di non venir meno alla fedeltà verso di Noi e verso il Nostro Statuto; di osservare, secondo le loro forze, questi principii; di cercare l'onore e l'interesse dello stesso Collegio; di essere sottomessi al Priore in tutte quelle funzioni che spettano al suo ufficio ».

Rubrica n. 3) *Delle esenzioni dei sessantenni.*

« Ai medici che hanno superato i sessant'anni, secondo l'uso dei Romani e la consuetudine dei Nostri ordini, vogliamo che sia tributato questo onore: che siano cioè esenti dagli obblighi e dagli oneri dello stesso Collegio e non siano costretti a sopportarli se non per quel tanto che a loro piacerà. Li esortiamo tuttavia a non mancare, secondo le loro forze, in quelle funzioni che toccano l'onore del Collegio ».

Rubrica n. 4) *Del luogo dove il Collegio deve essere convocato e deve riunirsi.*

« Affinchè all'Ordine dei medici sia noto il luogo nel quale deve essere convocato e deve riunirsi per gli affari che riguardano il Collegio, sia scelto un tempio nel quale di rado si radu-

